Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in superioribus simulacrum filii dei non uertitur
appellata sit. Rursum quoque nabuchodonosor
dei confessionem recepit. et dapnatis ydolis lau
dat tres pueros qui noluerunt seruire et
adorare omnem deum excepto deo suo. et mi
ratus quod scos dei ignis tangere non potuerit.
Quod autem ante me propositum est hoc decretum
ut omnis populus. tribus. et lingua. quecumque
locuta fuerit blasphemiam contra deum
sydrach. misach. et abdenago. disperetur. et
domus eius uastetur. neque enim est deus alius qui
possit ita saluare. quida pessime ad diabo
lum referunt. quod in consummatione et fine
mundi etiam ipse recipiat noticiam dei. et
omnes ad penitentiam cohortetur. et hunc
uolunt esse regem ninniue. qui nouissime
descendit de throno superbie. et humilitatis
premia consecutus est. Tunc rex promouit
sydrach. misach. et abdenago in puincia
babylonis. Qui dicunt super tres pueros non
iudices puinciarum sed prefectos operum singulorum
fuisse in babylone. hic uolunt eos etiam